



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

X. Vereinigung zwischen dem Römischen Kaiser Otto und dem Markgrafen
Albrecht von Brandenburg zum gegenseitigen Beistande behufs der
Behauptung des Reiches für den erstern und der Aussöhnung des ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

tionis millesimo CCVIII. Indictione XII, Regnante Domino Ottone Quarto Romanorum Rege glorioso anno regni vndecimo. Datum apud Aldinburc, VI. nonas Maii.

Nach Scheid, Origin. Guelf. III, 786. 787. Pratz, Abhandl. von Bremen und Verden VI, 101.

IX. Der Römische König Otto leistet gegen das Erzbisthum Magdeburg auf das Spolienrecht Verzicht, am 19. Mai 1209.

— — Huius rei testes sunt Hartbertus Hildeshemensis Episcopus, Thidericus Merseburgensis Episcopus, Siboto Hauelbergensis Episcopus, Heinricus Palatinus comes Rheni, Bernardus Dux Saxonie, Hermannus Landgravius Thuringie, Fridericus Marchio Misnenfis, Conradus Marchio de Landisberg, Albertus Marchio Brandenburgensis, Comes Friedericus de Brene, Geuehardus Burggravius Magdeburgensis, Comes Adolphus de Schawenburg, Comes Burchardus de Mansfeld, Comes Algerus de Hoenstein, Albertus et Geuehardus fratres de Arnstein etc. — Acta sunt hec anno dominice Incarnationis M. CC. VIII^o. Indict. XII, Regnante domino Ottone IV. Romanorum Rege Glorioso Anno Regni eius XII. Datum apud Brunfwig, per manus Waltheri, Regalis aule Protonotarii, XIV. cal. Junii.

Nach Olearii Magdeb. Capitälbuch Manuscript. Scheid, Orig. Guelf. III, 640. 641. Tolner. Cod. dipl. Palatin 62. Boyssen histor. Magazin II, 105.

X. Vereinigung zwischen dem Römischen Kaiser Otto und dem Markgrafen Albrecht von Brandenburg zum gegenseitigen Beistande behufs der Behauptung des Reiches für den erstern und der Ausföhnung des letztern mit dem Könige von Dänemark, vom Jahre 1212.

Hec est forma unionis, qua se Dominus Otto, Romanorum Imperator, et Albertus, marchio Brandenburgensis, confederando colligarunt. Imperator marchioni data fide manu in manum, sicut imperialem excellentiam certitudinem decet facere, promisit, se mediatorem studiosum et efficacem inter Regem Dacie et ipsum marchionem et Slavos exiltere. Si vero medium marchioni competens non invenerit, promisit, regi Dacie suisque fautoribus dedicere et marchioni contra ipsos et contra omnem hominem firmum et constans auxilium cum effectu portare. E contra marchio promisit domino imperatori, in terminis sibi finitimis, precipue in Saxonia et Thuringia, contra omnem hominem, ad conservandum ei imperium, quantum vires et facultates ipsius admittunt, fideliter servire. Idem etiam viginti familiares marchionis, quorum nomina subscripta sunt, sub forma subscripta juraverunt. Si marchio promissum infregerit, imperator ipsum super voti violatione conveniet. Accepta conventionione marchio in presentia imperatoris productis utrobique conscriptis innocentiam suam probabit. Si in probatione defecerit, ab inde infra sex septimanas viginti sacramentales ipsius Brunfwick intrabunt, et inde non exhibunt, nisi per consensum domini imperatoris. Sine

vinculis tamen et captivali custodia manebunt. Nomina sacramentalium Henricus Comes de Zwerin, Jachezo, Fridericus de Hassle, Theodoricus et Henricus fratres de Osterburch, Burchardus de Cocstede, Albertus de Niendorp, Gerardus de Beliz, Yo de Gifenflage, Albertus de Buntveld, Rudingerus de Piulingen, Fridericus de Buoh, Arnoldus Sac, Conradus et Henricus de Saltwedele. Ut autem hec forma rata teneatur et inconuulsa, placuit utrique imperatori scilicet et marchioni presentem paginam, que pacti certum manet indicium, inde conscribi et appensione Sigilli communiri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXII. Indict. XV. apud Wicense in castris, his testibus presentibus Adolpho et Ludolpho Comitibus de Daffela, Bernhardo de Dorstat, Hermanno et Henrico Comitibus de Hartelburc.

Das Original im K. Ges. Staats-Archiv zu Hannover. Abdrücke in den Orig. Guelf. III, 812. (Vergl. Maderi Antiqu. Brunfv. p. 129). Buchholz Geschichte der Churmark Brandenburg Theil IV. Urk. Anh. Nr. 37, S. 47 und Berg Monum. hist. Germ. IV. Legum II, 220. 221.

XI. Markgraf Albrecht von Brandenburg überläßt dem Kloster Hillersleben eine seiner Gemahlin Mathilde angehörige Besitzung zu Hillersleben für eine Besitzung des Klosters in Elbey, im Jahre 1217.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Albertus secundus dei gracia marchio Brandeburgensis Omnibus in perpetuum. Per testes rei noticia propagatur in posteris, cui venit robur et auctoritas a testimonio litterarum. Sciant itaque tam futuri quam presentis temporis fideles, quod nos commutationem quorundam bonorum fecimus cum ecclesia de hildesleuen, XII. mansos proprietatis nostre in terminis eiusdem uille iacentes cum omni utilitate, que nunc inest vel inesse poterit, pratis, pascuis et virgultis et aliis appendiciis, ecclesie beati laurencii in hildesleue contulimus, vxoris nostre mechtildis, que eandem prius receperat proprietatem, et aliorum heredum nostrorum ad hoc accedente consensu. In quorum restaurum VIII. mansos in villa elebu et XVI. solidos de areis provenientes, prius ipsi ecclesie attinentes, per consensum capituli in vsus nostros recepimus et possessionem, eandem ecclesie in receptis mansis, quam antea habuit in possessis, indulgentes libertatem. Vt autem hec commutacio rata teneatur et inconuulsa, presentem paginam, que huius rei certum maneat indicium, inde conscribi iussimus et sigillo nostro communiri, Testes, qui presentes aderant, apponentes, Quorum nomina hec sunt. Wernerus de amuorde, Fridericus de assele, Arnoldus de meyndorp, Arnoldus de roffowe, Sifridus de pefekendorp, Johannes de gerseleue, Richardus de cocstede, Albertus advocatus de spandowe, Herwichus advocatus de wolmerstede, Bernhardus de hildesleue, Johannes de jericho, Gheuehardus de alvenfleue et alii quam plures. Ego Johannes notarius marchionis subscribo. Acta sunt hec in billingeshoge, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XVII. Indict. V^a.

Nach dem Hillerslebenschcn Copialbuche der Königl. Bibliothek zu Berlin Bl. 17.